

Sanē qvī versantur in statu legali, sēpā coguntur, id qvod ins honestum non est præferre eo, qvod honestum est. Hollandi qværunt divitias: Veneti antiquum splendorum obtinere cūpiunt: Helveti solā libertate contenti sunt, Turca potentiam bellicam spirat. Et in his qvidem virtus, ad qvam abire debent divitiae, splendor, libertas, potentia, non expressè ponitur, sed tamen expressè non negatur. Sicut etiam media adhibentur non omnino mala. Hollandi mercaturam & navi-gia excolunt: Veneti emptam admittunt nobilitatem: Helveti superfluos incolas qvæsi vendunt: Turca scholas militares è Christianorum liberis instaurat.

XL. Et ex hoc capite multarum Legum approbatur utilitas, cùm ea videlicet in honesta non est. Sic in Anglia prohibitum est lanam crudam aut paratam pecuniam exportare: in Svecia cupri infecti mercatura non toleratur: Hodie merces Batavicæ in Galliâ, Gallicæ in Batavia duriſimis premuntur vectigalibus: In eādem Bataviâ à libertate mercaturæ Indiæ Orientalis excluduntur, qvi non sunt membra Societatis, &c.

XLI. Sed videndum de Utilibus in sensu tertio *ib. XXXVII.* de qvibus, qvia ipsa simul honesta sunt, dubium non est, qvin præferri debeant honesto minus utili. Bonum enim majus præferendum minori: Majus autem esse creditur, qvod honestati superadditam refert utilitatem. Et sciendum de Lege naturæ, qvod ista qvidem omnes homines obliget, sed non in omni statu. Sic lex data Parentibus & Magistratibus non obligat filios & subditos; lex data divitibus non obligat pauperes &c. Sic igitur etiam Lex qvæ alteri est innoxia, alterum obligare neqvit, qvi exinde paratisimum excitaret damnum.

XLII. Nunc verò intelligimus, qvid velit Pufendorf. Element. Jurispr. lib. 1. def. 13. §. 18. Verè, inquit, dictum est utilitatem esse matrem juris civilis sive hanc deditæ causam ad illud constituendum. Nam nullâ alia re qvam utilitate seu bono publico dijudicatur, qvibusnam legibus naturâlibus in hac vel illâ Rep. effectus juris civilis assignandus, qvibus non sit; qvæ constitutiones Juri naturali superaddendæ, qvomodo pœnæ intro-